



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatio Synoptica De Iudiciis Ad Lib: II. Decretal: Gregorii IX.

**Herberstein, Ferdinand von
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo**

Spirens., 1660

3. Quando instrumentum privatum contra scribentem probet? An scriptura privata quàm quidem testes agnoscunt, qui fuerant praesentes, non tamen subscripserunt, fidem faciat? An instrumentum ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-11416

prout convenire possunt partes, cum quod scriptura privata non probet, introductum sit favore partium, cui renuntiare possunt. II. Quando instrumentum est trium testium subscriptione munitum *cap. 2. L. h. t.* quia tunc quasi publicè confectum creditur. *L. scripturas C. qui potioribus in pig: hab.* III. Si instrumentum longo tempore inter partes observatum fuerit, & in iudicio pro tali sæpiùs agnitum, & productum. IV. Si agatur pro modica summa. V. Si aliunde fomentum vel supplementum accipiat, ex quo authenticum fiat, v. g. quod scribens sit vir bonæ opinionis & solitus semper veritatem scribere, quod vir sit summâ præditus integritate, & scriptura contineat verisimilitudinem. VI. Si juramento confirmatum sit. Deniq; si ab adversario scribentis approbatum sit, etiam plenam fidem facit, licet non sit testium subscriptione munitum *L. publica. 26. §. fin. ff. depositi.*

3. Hinc autem quod privata instrumenta non probent firmiter; sequitur, pro eo qui scripsit nullo modo probare, præsertim si in scriptura sint præsertim adatas annotationes, rationes, repertoria

adeò quidem, ut nec fides habeatur, si fisci dispensator rationes confecerit. *L. exemplo. 7. C. de prob. Nov: 48. cap. 1. §. 1.* aut si testamento quis scripserit sibi deberi, tamen si morituri maximè credantur vera loqui. *ead: l. 6. ver. eiusdem juris.* Excipiunt aliqui 1. privatam annotationem parentum de statu & nativitate filiorum. *L. 16. & 29. ff. de probat:* 2. rationes argentariorum. 3. Tutorum. 4. Mercatorum. 5. Scripturam quæ connexè tam commodum quàm incommodum scribentis continet. *Maran: p. 6. de testib. n. 70.* At si bene leges ponderaveris vix unam ex his exceptionibus probaveris. **PERPLEXA** res est, quando instrumentum privatum contra scribentem probet. **ASSERO:** in casu quo testes adhibiti non sunt, isq; qui illud scripsit à se scriptum fatetur: quod maximè procedit, si causam expressam habeat, ex qua debitum petitur, veluti ex mutuo, ex empto, quia quisque debet suæ confessioni contra se stare. *L. generaliter C. de non numerat: pecunia.* Sin autem causam expressam non habeat, neutiquam probat adversus scribentem. *cap. si cautio.*

14. h. t.

14. h. t. L. cum de indebito. ff. de prob. quia cen-
setur indiscretè scripisse. Sed quid si cas-
sam expressam habeat, ipsi autem inficio-
tur aut neget se scripisse? Iam dixi: non
probare: nisi testibus legitimè suffultur,
aut sigillo authentico munitum fidem ab-
struat. cap. 2. h. t. § si quis igitur. Novel: 73.
Instr: caus: DD. ibid. Quod si testes superfl-
tes non sint, aut sigillum authenticum non
habeat, non aliud superest remedium,
quam ut comparatione literarum aut de-
latione iuramenti res probetur. L. com-
parat. 20. C. h. t. & auth: adhac C. de fid: instr:
Nov: cit: 73. cap: 4. Canisius lib: 4. t. 11. Atte-
stes de quibus supra per eandem Nov: cap:
1. 2. 8. & 9. peritus literarum adhiberi de-
bet tres, imperitus literarum 5. nisi res, de
qua agitur sit infra auri librā, aut eo con-
trahatur loco, ubi magna testium est in-
opia. Imperitum literarum asserit Duar. 1.
Disp. 3. qui nescit legere, nec literas pingere.
Pro hoc igitur quintus testis suscribetur
jubetur. cit. Nov: 73. cap: 8. Vix igitur pro-
cedit, quod quibusdam placet, si imperit
literarum notam apposuerit, eam notam
sive signum pro subscriptione esse Fab: 4.
C. de fid. instrum: desin 23. 4. Coll: